Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ppetuum non poterit inmutari. Tamen cum cetera natura ordinem
seruet, populus meus oblitus est mei. - - - - - -

Sequitur enim: quia oblitus est me populus meus, frustra libantes. Et in pin
gere te in uiis suis in semitis seculi, siue semiterni, ut ambulare te per eas im
tinere pertrito; quia obliuiscitur dei. Et relinquit eum quidem, ego autem ut libat
que diis alienis inpingit in uiis suis, neque quaqua di sed suis, et antiquis sempiternas
que semitas deseruit, quae omnium sanctorum sunt trite uestigiis colencium
dominum. Isti uero ambulauerunt in itinere non trito, et relicto cultu dei idolis
uenerati sunt propterque infestur penaque sequitur. - - - - -

Ut fiat et terra eorum in desolacionem et in sibilum sempiternum omnis qui
praeterit per eam obstupescet et mouebit caput suum, et quia dereliquerunt
ut cultum dei et per eas idolatrie semitas sunt secuti, propter ea terra
eorum redacta est in solitudinem et in miraculum omnium sibilum, quia
utque uterque quondam et urbem florentissimam uiderant in de sestu et in ere
esse et conlapsam admirentur et stupeant et animae confusione gestu cor
poris indicent; hoc est enim mouere caput et stupore mentis sibilo demonstra
re, qd plenius et rectius post aduentum dni intellegimus esse completum, quan
do nullus iudeorum terrae quondam et urbem sanctam ingredi lege permittitur
sed cum adplanatum uenerint mirati et defluent uaticinia prophetarum
opere complete. - - - -

Sicut uentus urens dispgam eos coram inimico siue inimicis dorsum et non faciem
Ostendam eis in die perdicionis eorum usque hodie, sentencia dni pmanet in iudeos
in toto orbe dispersis sub coram inimico diabolo uel inimicis demonib; et cum dieb;
ac noctib; in synagogis satane inuocent nomen dei dorsum et non faciem suam
ostendit eis dns ut intellegant eum semper recedentem et nunquam ad seuenientem; di
es autem perdicionis iudaice omne tempus est post passionem saluatoris usque
ad consummacionem seculi ut postquam sub intrauerit plenitudo gencium
tunc omnis israhel saluus fiat. - - - -

Et dixerunt uenite et cogitemus contra hieremiam cogitaciones; qui enim peribit
lex a sacerdote neque consilium a sapiente nec sermo a propheta; uenite et percutiamus
eum lingua et non adtendamus ad uniuersos sermones eius. Haec dicit dominus